



U 3105/30
1
Incipit Tractatus venerabilis Magistri Johannis
Gerson Cancellarii pisiensis de Cognitione casti-
tatis et pollutionibus diurnis.

Scripsi pridem aliqua super preparatione ad missam sub decem considerationibus occasione supra principaliter ex materia pollutionis nocturne. Nunc autem de pollutionibus que videntur accidere vigilando quesita sunt a me aliqua que solent timoratas conscientias plurimum turbare sic frequenter ex diversis personis utriusque sexus tam in confessione quam extra potui perpendere. propterea consului ne dum doctorum in scriptis eorum super hac re si etiam colloquium habui cum exercitatis et discretis in confessionis materia immo et a medicis huiusmodi multiplicis et varie pollutionis causam inquestui. Denique prepararet se lector audire caste id quod pro castitatis cognitione necessitas cogit aperire.

Consideratio prima.

Presupponendum est igitur in primis quod a corpore humano defluit multiplex humor per meatus membrorum pudendorum que generationi deputata sunt. unus est vero seminalis. alius vero vimalis. alius quodammodo medius qui potest appellari salivialis vel sputalis alius additur humor presertim in mulieribus

GROSHERZOGLICH
HESSISCHE
HOFBIBLIOTHEK